

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

461

EPISTOLA

AD

VIRVM MAGNIFICVM ATQVE SVMMÆ
REVERENDVM

PHILIPPVM LVDOVICVM
BOEHMER

SACRAE THEOLOGIAE DOCTOREM
POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ATQVE ELECTORIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICI
IN SANCTIORI SENATV CONSILIARIVM
ECCLESIA RV M DV CATVS CALENBERGICI
SVPERATTENDENTEM GENERALEM
CAPITVLIQVE WVNSTORPIENSIS
PRAESVLEM AC SENIOREM

GRAVISSIMVM
ANNO REPARATAE GRATIAE
C I O I O C C X X I I I I

PERSCRIPTA

A

IOHANNE MARTINO RIEDEL
LYCEJ IJFELDENSIS CONRECTORÈ

A4



EPISTOLA
AD
VIRVM MAGNIFICVM ATQVE ILLVM
REVERENDVM
PHILIPPVM LVDVICVM
BOEHMER

SACRAE THEOLOGICAE DOCTORVM
POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ATQVE ELECTORIS BRVNSVICI - LVNENBVRGICI
IN SANCTORI SENATVS CONSILIARIVM
ELECTORIVM DVCTVS CALENDERICI
SYNCRATIDEM GENEALIVM
CAPITVLOVE WYNSTORPENSIS
PRAESVLEM AC SENIOREM
GRAVSSIMVM

ANNO REIPUBLICAE GERMANICAE
MDCCXXXIII
MCMXXIII

A
IOHANNI MARTINO RIEDEL
LIT. PRAESIDI CONCORDIAE



MAXIMIFICE SUMME REVERENDE VIR
PATRONE OMNI OBSERVANTIAE
CVLT V PROSEQVENDE

QVVM sub noui muneris auspiciis arduam eius recte exsequen-
di difficultatem cum animo meo reputarem, et in mearum
quidem virium tenuitate haud satis fiducia tuto collocari
posse sentirem, exemplum aliquod conspicuum, ad cuius in-
star me formare, meosque labores dirigere conarer, sedulo cir-
cumspiciendum esse ratus sum. Exemplis enim optime ducun-
tur mortales, et iis maxime, quæ in quolibet laudum genere
excellentissima sunt, assiduo ante oculos versantibus, quid
agendum, quidue fugiendum sit, tamquam in speculo, contem-
plantur. Si quis vero ad tantarum imaginum præstantiam, per
propriam ingenii viriumque imbecillitatem, attingere non possit;
neutiquam tamen desperandum est fore, ut, quæ exprimere ne-
queat, aliquo saltem modo adumbrata dare, indefesso imitandi
studio, discat. Ignoscas igitur, precor, VIR summe reueren-
de, temeritati meæ; si ad optima quæque ac perfectissima,
impari quamuis nisu, adspirans, in TE, velut in earum do-
ctium, quibus ad iuuentutem bene moderandam atque instituen-
dam opus est, exquisitissimum exemplar intueri, idque, longo
licet intervallo sequi atque æmulari audeo. Laudarem hic sigilla-
tim aliquas ex illis, quas modo innui, dotibus: consummatam
diuinæ humanæque eruditionis scientiam; exactam munerum
gregumque concreditorum curam; venerandam in moribus fa-
ctisque omnibus sanctitatem, prudentiam, comitatem; admi-
rabilem in rerum etiam difficillimarum doctrina soliditatem,
perspicuitatem, suauitatem: nisi, quæ omnium hominum ser-
mone celebrantur, silentio premere iuberet modestiæ TVÆ
consideratio.

Enimvero, quidquid eruditorum, et sinceræ præsertim
religionis cultorum est, BOEHMERIANA in ecclesiam
literasque merita veneratur, TVÆque nominis celebrat laudes.
Maxime tamen omnium illustriſ academia Iulia, inclitum gy-
mnasium Gœttingense, florens hoc lyceum, et diuina in terris
Brunsvico - Luneburgicis ecclesia, ubi doctrina TVÆ ac virtute
dudum præsens enituit, præstantissimam boni doctoris effigi-
em dilucide in TE expressam, quam propius viderunt, admiran-
tur præ ceteris atque extollunt. Tanti quidem nominis fama at-
que admiratio iam pridem animum occupauerat meum, ante-
quam

quam in academiam Iuliam commigrarem ; ibi vero distinctius omnia pleniusque nosse , et velut oculis videre , feliciter contigit. Diu erat, quod, ad magnas inde dignitates euocatus , TUA illud musarum domicilium priuaueras praesentia. Nihilo tamen minus iuncta cum reuerentia TVI memoria , viuumque desiderium in omnium bonorum mentibus supererat.

Solabatur tunc temporis cupidos TVI animos ea felicitas, quod VIRI reuerendissimi, germani TVI simillimi, excellentissima doctrina, qua gentilitium quasi decus est, vberime frui liceret. In eo praesente ego quoque easdem virtutes, quas de TE absente omnes praedicabant, venerabundus suspexi, et ab eius doctrina atque beneuolentia, tot tantaque commoda, ac beneficia percepi, vt nisi ea omnia grato animo aeternum agnoscerem, ingrattissimus mortalium iure vocari mererer. Inter praecipua innumerabilium benefactorum numero, quod TIBI, PATRONE venerande, innotescere me fecit, immo TVVM immerenti conciliauit fauorem, adeo vt, breui illo, quo patrocinii TVI felicitate gaudeo, temporis spatio, TVORVM in me meritorum cumulus immensum quantum iam excreuerit, meque TIBI clientem nunquam intermoritura grati animi obseruantia, deuinctissimum reddiderit.

Quaerum ita sint, facile TIBI erit iudicatu, quanta nunc perfundar laetitia, quum TE, et PATRONVM benignissimum, et praelucens in gerendo munere exemplum, praesens intueri, atque venerari possim. Gratulantur sibi mecum omnes huius lycei incolae curatoris amatissimi praesentia; ego vero insuper mihi potissimum gratulor eximio propensi in me fauoris testimonio, dum mea praecipue causa grauissimorum negotiorum intercapedinem facere, longumque et taediosum iter emetiri haud fuisti grauatus. Gratias TIBI ago, quas mente concipere possum, maximas, quod nouo hoc beneuolentiam in me TVAM declarare dignatus sis argumento. Tanta sunt, quae in me contulisti beneficia, vt, quod iis apud animum meum merito statuo pretium, a solo Numine immortali exsolui, precibusque indefessis impetrari possit. Referat igitur Deus, quas ego referre nullo modo possum, gratias ! Seruet, instauret, augeatque animi, corporis, fortunaeque bona benigne TIBI concessa, vt vna cum splendidissima familia, omni ex parte felix, ad extremam vsque senectutem viuas, vigeasque ! Ita ecclesiae, reique publicae, et nobis etiam maxime, doctrina atque exemplo praelucere, et innumera facere diu diuque perges emolumenta. Scribebam Ilfeldae a, d, XXVIII Februarii
CIV D CCXXIIII

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



EPISTOLA

AD

FICV MATQVE SVMME
VERENDVM

M LVDOVICVM EHMER


OLOGIAE DOCTOREM
AGNAE BRITANNIAE REGIS
BRVNSVICO- LVNEBVRGICI
SENATV CONSILIARIVM
DVCATVS CALENBERGICI
NENTEM GENERALEM
VE WVNSTORPIENSIS
LEM AC SENIOREM
AVISSIMVM

EPARATAE GRATIAE
DIO CCXXIII

PERSCRIPTA

A

MARTINO RIEDEL
FELDENSIS CONRECTORE



AK

